

✠ **In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno primo: die secunda mensis magii indictione undecima neapoli: Certum est me stephano umilem presbytero qui super nomen franco filio quondam iohanni: A presenti die promptissima voluntate promitto vobis domino laurentio venerabili igummeno monasterii sanctorum sergii et vachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cuncta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integras portiones et pertinentias vestras quantum et quomodo hobbenit et pertinet per quobis modum in memorato sancto vestro monasterio de integra ecclesia vocabulo sancti ianuarii qui nominatur spoliarmorta sacerdoti et christi martiris situm inter duas vicoras unum qui nominatur iudeorum et alium qui nominatur trea fata qui et carrarium dicitur regione porta sancti ianuarii: una cum portiones de domibus et de cellis et de omnes abitationes et de rebus et substantiis et de codicibus et ornamentis ipsius dicte ecclesie pertinentes omnibusque a memorata inclitas portiones de memorata ecclesia ipsius vestri monasterii per quobis modum pertinentibus ubi domino volentem me ibidem custodem ordinastis: in eo enim tenore quatenus a nunc et omnibus diebus vite mee in mea sint potestatem eos tenendi et dominandi seum frugiandi: et in eadem ecclesia die noctuque omnem officium sacerdotalem facere aut facere faciamus hoc est vesperos et matutinos seum missarum solemnias et oris laudibus:**

✠ **Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel primo anno del signore nostro Costantino grande imperatore, nel giorno secondo del mese di maggio, undicesima indizione, neapoli. Certo è che io Stefano umile presbitero soprannominato Franco, figlio del fu Giovanni, dal giorno presente con prontissima volontà prometto a voi domino Lorenzo, venerabile egumeno del monastero dei santi Sergio e Bacco, che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato casapicta sito in viridiarium, e a tutta la vostra congregazione di monaci del predetto vostro santo e venerabile monastero, per le integre porzioni e pertinenze vostre quanto e in qual modo pervenne e appartiene in qualsiasi modo al predetto vostro santo monastero dell'integra chiesa con il nome di san Gennaro, sacerdote e martire di Cristo, che è detta spoliarmorta, sita tra due vicoli uno detto iudeorum e l'altro detto trea fata e che è anche detto carrarium nella regione di porta sancti ianuarii, insieme con le porzioni delle case e delle celle e di tutte le abitazioni e dei beni e sostanze e dei codici e ornamenti pertinenti alle stessa predetta chiesa e tutte le cose in qualsiasi modo pertinenti alle suddette integre porzioni della predetta chiesa di proprietà dello stesso vostro monastero dove con la volontà di Dio ordinaste me ivi custode, in quella condizione senza dubbio che da ora e per tutti i giorni della mia vita sia in mia potestà di tenerli e possederli e di averli e di di prenderne i frutti e nella stessa chiesa di fare o di far fare giorno e notte ogni funzione sacerdotale, cioè vesperi e mattutini e messe solenni e preghiere. Invero dobbiamo fare e mostrare a tutte le ore la preparazione dei ceri affinché presso Dio e davanti agli uomini cresca pertanto**

lumminariorum vero concinnationis sine ora facere et exivere debeamus ut apud deum et coram omnibus nobis exinde laus et mercis atrescat: et quodcumque in memorata ecclesia aut in eius abitationibus at concinandum et fravicandum abueris ego illud conciare et fravicare debeas quomodo iustum fueris et merueris: et omnia quodcumque ibidem offertum vel datum fuerit sive a viribus vel a mulieribus si fuerit mobilem in mea sint potestatem faciendi que voluero: si autem immobile fuerit aut terras vel tale causa pro hornamentum de memorata ecclesia post meum obitum ibidem remanere debeas: et pro alimoniis meis dedistis et tradidistis mihi et omnes hereditates et domos et cellis et abitationibus et ortuas et codicibus et ornamentis ipsius dicte portiones de memorata ecclesia pertinentibus intus et foris per quobis modum ut super legitur: ut in mea cuntis diebus vite mee sint potestatem tenendi et dominandi seum frugiandi et laborandi et at laborandum dandi absque scriptis: inferius et superius illos fruendi et comedendi et de ipsas frugias faciendi exinde omnia que voluero unde nullam mihi exinde non tollatis: et omni annue ego cuntis diebus vite mee vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio exinde dare et dirigere debeamus intus memorato vestro monasterio per nativitatem domini oblatas parias trea: et in sanctum pascam in resurrectione domini oblatas parias dua: et omni annue per iobi die sanctum pastillos viginti: sine omni amaricatione: et omni annue facere debeamus alias omnes consuetas de memorata ecclesia sicuti da vetere fuit: et ubi domino placuerit et illi maledicti lormannis (1) exieris de liburie ut recollisserimus terris de liburias tunc ego in tota memorata ecclesia dare debeo auri solidos quindecim et inde tollere terras aut domos vel tale causa pro memorata

per noi la lode e la ricompensa. E qualsiasi cosa nella predetta chiesa o nelle sue abitazioni si dovesse riparare o costruire, io lo debba riparare e costruire come sarà giusto e opportuno. E tutte le cose che ivi fossero offerte o date sia da uomini che da donne se bene mobile sia in mia potestà di farne quel che vorrò se invece immobile o terre o cosa idonea per ornamento dell'anzidetta chiesa dopo il mio trapasso ivi debba rimanere. E per la mia alimentazione mi avete dato e consegnato anche tutti le proprietà e le case e le celle e le abitazioni e gli orti e i codici e gli ornamenti delle dette porzioni pertinenti alla predetta chiesa, dentro e fuori in qualsiasi modo, come sopra si legge, affinché in me per tutti i giorni della mia vita sia la potestà di tenerli e possederli e di prenderne i frutti e di lavorarli e di darli a lavorare senza atti scritti, sopra e sotto di prenderne i frutti e di consumarli e degli stessi frutti di farne pertanto tutto quello che vorrò per cui nessuna parte dunque prendiate. E ogni anno io per tutti i giorni della mia vita debbo quindi dare e portare dentro l'anzidetto vostro monastero a voi e ai vostri posteris e al predetto vostro monastero per la natività del Signore tre paia di pani per la messa e nella santa Pasqua nella resurrezione del Signore due paia di pani e ogni anno per giovedì santo venti focacce senza qualsiasi obiezione. E ogni anno dobbiamo fare tutte le altre cose consuete della predetta chiesa come è stato dall'antico. E se piacerà al Signore e quei maledetti **lormannis** andranno via della **liburie** e recupereremo le terre della **liburias**, allora io per tutta la predetta chiesa debbo dare quindici solidi d'oro e quindi prendere terre o case o cose idonee per la predetta chiesa affinché le abbia ivi per sempre. E non abbiate dunque licenza voi o i vostri posteris o il predetto vostro monastero per tutti i giorni della mia vita di cacciarmi via o togliermi ciò né, che non accada, di porre ivi sopra di me o di

ecclesia ad avendum ibidem in sempiternum: et non abeatis licentiam vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio me cunctis diebus vite mee exinde iactare aut illos tollere nec quod absit qualivet sacerdotem vel clericum aut monachum vel alias quabis personas super me ibidem ponere aut ordinare per nullum modum cunctis diebus vite mee: atimplente ego vite mee omnia memorata per omnem ordinem et tenore ut super legitur: post autem meum transitum in vestra vestrisque posteris et de memorato vestro monasterio una cum omnia quantum per inventaneum mihi atsignaveritis: revertantur potestatem cuius iure exe videris: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata undecima indictione ✠ hoc signum ✠ manus memorati stephani presbytero quod ego qui memoratos pro eum subscripsi ✠

✠ ego stefanus presbyter: subscripsi ✠

✠ Ego gregorius filius domini petri testis subscripsi ✠

✠ Ego iohannes Curialis: testis subscripsi ✠

✠ ego leo filius domini iohannis testi subscripsi ✠

✠ Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata undecima indictione ✠

ordinare qualsiasi sacerdote o chierico o monaco o qualsivoglia altra persona, in nessun modo per tutti i giorni della mia vita, se io adempio per tutta la mia vita tutte le cose menzionate per ogni ordine e tenore come sopra si legge. Dopo il mio trapasso invece insieme con tutte le cose quanto per inventario mi assegnerete ritornino in possesso vostro e dei vostri posteri e del predetto vostro monastero di cui di diritto risultano essere. Poiché così fu a noi gradito. Se poi diversamente facessimo di tutte queste cose menzionate in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi dodici solidi aurei di Bisanzio e questo atto di ordinazione, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del primario Sergio per l'anzidetta undicesima indizione. ✠ Questo è il segno ✠ della mano del predetto presbitero Stefano, che io anzidetto per lui sottoscrissi. ✠

✠ Io presbitero Stefano sottoscrissi. ✠

✠ Io Gregorio, figlio di domino Pietro, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io curiale Giovanni come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io Leone, figlio di domino Giovanni, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io primario Sergio completai e perfezionai per l'anzidetta undicesima indizione. ✠

Note:

(1) *Illi maledicti lormannis*, scilicet Nortmanni, quorum Dux Rainulphus anno 1030 a Sergio Neapolitano Duce et Consule obtinuerat cum titulo Comitis agrum illum, quem modo *ad septimum*, modo *ad octavum*, quippe inter septimum, et octavum milliarium a Puteolis, in vetustioribus monumentis dictus occurrit, in quo Nortmanni Aversam condiderunt. Hosce vero non intra eiusdem agri fines per sequiora tempora sese continuisse, sed praediis ad Neapolitanam Liburiam, sive Ducatum spectantibus potitos fuisse arguitur non modo e praesenti nostro instrumento, verum etiam ex Diplomate Richardi aversani Comitis anni 1055 pro Monasterio S. Laurentii eiusdem Civitatis Aversae, cuius diplomatis Mabillonius

(*Annal. Benedict. Anno 1055*), et Muratorius (*Ant. M. Ae. T. V. p. 783*) mentionem habuerunt, neque ullius $\nu\theta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ insimulandum existimarunt. Novimus quidem Alexandrum de Meo (*o. c. p. 347*), etsi iudicasset omnino explodendum, quicquid Carolus de Franco ad elevandam eiusdem diplomatis fidem edixerat, tamen habuisse idem falsum, ex eo praesertim, quod in huiusmodi diplomate quam plurima Neapolitani Ducatus praedia memorato Monasterio a Nortmannorum Comite donantur, quibus Comitem ipsum potitum fuisse nullo ex scriptore constaret, et Neapolitano Ducatui satis virium ad propulsandas hostium iniurias tunc temporis fuisse ait. Verum hoc facile refellitur praesenti membrana, in qua male dicitur Nortmannis, quippe qui Neapolitarum agros occuparant. Haec vero querela spectat ad annum 1043, quo adhuc Rainulphus Aversae dominabatur. Anno porro 1047 post Rainulphi obitum, Aversanam ditionem obtinuerunt Herimannus eius filius, et Richardus Asdettini Acheruntini Comitis filius, qui maioribus pollens viribus alias et ipse regiones invadere Liburiae Neapolitanae facilius poterat.